1529.
a 1546 ~~1548 - 157 - 162~~



231

Sigismundus primus rex Poloniæ, Petro Voievodæ Valachorum.

Magnifice domine amice sincere nobis dilecte. Cum reversus esset magnificus Ioannes de Thanczyn castellanus Lublinensis orator noster, quem superiori anno ad imperatorem Turcarum miseramus, non advexit unum adolescentem nobilem subditumque nostrum, qui illic in comitatu suo erat profectus, namque morbo et ægritudine gravi in itinere correptum, relinquere in oppido maiestatis suæ Obluzyce, quod non multum à finibus Hungariæ distat, est coactus. In quo oppido cum nuntius ab amicis hinc semel missus iam illum reperire non potuisset; hunc iterum nuntium ad ulteriora dominia imperatoris, et ad ipsum etiam imperatorem mittere decreverunt, ut adolescens prænominatus inquiratur sic ubi reperiri possit. Quoniam autem is nuntius illo proficiscens et huc rediens, per dominia vestræ dominationis iter facere debet; rogamus illam plurimum, ut liberum ac securum illi aditum et reditum concedat, nam id pro iure bonæ vicinitatis referemus. Bene valeat dominatio vestra, et sit diu felix ac incolumis. Datum